Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

et non credit ex omnibus ibis eius
in terram. Et cognouerunt universi
israel a dan usque bersabee. quod fidelis
samuel propheta esset domini. Et ad
didit dominus ut apparuerit in silo. quia
revelatus fuerat dominus samuheli in
silo iuxta ubium domini. Et fuit
sermo samuelis universo israhel.
Et factum est in diebus illis. conue
nerunt philistiim in pugna. Egressus
est israel obviam phy
listiim in preliam. castra metatus
est iuxta lapidem adiutorii. Por
ro philistiim uenerunt in aphech.
et instruxerunt aciem contra israel.
Initio autem certamine. fugatus est
israel philistiim. et cecidit in illo cer
tamine passim per agros qui quasi
milia virorum. Tu. feria secunda.
Et reversus est populus ad castra.
Dixerunque maiores natu
de israel. Quare percussit nos dominus ho
diem philistiim. Afferamus ad nos
de silo archam foederis domini. et veniat
in medium nostri. ut saluet nos de
manu inimicorum nostrorum. Misit ergo
populus in silo. et tulerunt inde arcam
foederis domini exercituum sedentis
super cherubim. erantque duo filii he
li cum archa foederis domini. ofni et
finees. Tu. Quumque venisset ar
cha foederis domini in castra. uoci
ferantis est omnis israel clamore gran
di. et personuit terra. Et audierunt
philistiim uocem clamoris. Dixe
runtque. Quae nam haec est uox cla
moris magni in castris hebreorum.
Et non cognouerunt quod archa domi
ni uenisset in castra. T. Nunciauit
philistiim dicentes. venit deus in ca
stra hebreorum. Et ingemuerunt
dicentes. Ve nobis. Non enim fuit
tanta exultatio heri et nudius tertius.
Ve nobis. Quis nos liberabit de manibus
istorum deorum sublimium. Hi sunt di
qui percusserunt egyptum omni plaga
in deserto. Tu autem. feria tertia.
Confortamini et estote uiri phi
listiim. ne seruiatis hebreis. sicut
illi seruierunt uobis. confortamini
et bellate. Pugnauit ergo philistiim
et cecidit israel. et fugit unusquisque in
tabernaculum suum. et facta est plaga
magna nimis. et ceciderunt de israel
triginta milia peditum. et archa dei
capta est. duo quoque filii heli ofni
et finees mortui sunt. Tu autem.
Currens autem vir de beniamin
ex acie venit in silo. in die illo scissa
uestes et conspersus puluere caput. cum
que ille uenisset. heli sedebat super sella
contra uiam expectans. erat enim
cor eius pauens pro archa dei. Vir autem ille postquam ingressus est
nunciauit urbi. et ululauit omnis
ciuitas. Et audiuit heli sonitum cla
moris. dixitque. Quis est iste sonitus
multitudinis huius. Ipse autem ille festinauit
et venit et annunciauit heli. Heli
autem erat nonaginta et octo an
norum. et oculi eius caligauerant. et
uidere non poterat. T. Et dixit ad he
li. Ego sum qui uenio de praelio. et ego
sum qui de acie fugi hodie. Cui ille
ait. Quid actum est fili mi. Respon
dens autem ille qui nunciabat. fugit
inquit israel coram philistiim. et ruina
magna facta est in populo. mortuique sunt duo
filii tui ofni et finees
et archa dei capta est. Cumque ille no
minasset archam dei cecidit heli de
sella retrorsum iuxta hostium. et